

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Urkunden und Stadtrechte bis zum Jahr 1266

Wiegand, Wilhelm

Straßburg, 1879

1211

[urn:nbn:de:bsz:31-326693](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326693)

debitum reportent emolumentum. quapropter ad universorum imperii fidelium tam presentium quam futurorum noticiam duximus perferendum, quod nos, inspecta pura devotione fidelium nostrorum universorum civium Argentinensium, quam semper habuerunt erga nostram sublimitatem, adtendentes quoque fructuosa eorum obsequia, quæ ad honorem imperii nobis hactenus constanter exhibuerunt et in posterum sunt exhibituri, de consueta benignitate nostra damus eis, concedimus et confirmamus omnes usus ipsorum et bonas consuetudines, quas habuerunt temporibus antecessorum nostrorum divę memorię Romanorum imperatorum tam infra civitatem Argentinensem quam extra. et nominatim confirmamus eis privilegium et omnes concessionem, quas recolendę memorię proavus noster dominus Lotharius imperator olim civibus Argentinensibus fecit et indulsit¹, necnon universa alia jura et privilegia, quæ ab aliquibus Romanorum imperatoribus sive regibus concessa ipsis sunt et indulta, statuentes et sub interminatione gratię nostrę firmiter precipientes, ut nulli umquam personę humili vel altę, ecclēsiasticę sive seculari licitum sit, memoratos fideles nostros universitatem civium Argentinensium in hac nostra concessione et confirmatione inquietare vel dampnum eis aut aliquod irrogare impedimentum. quod qui facere presumpserit, in vindictam sui reatus centum libras auri componat, medietatem fisco nostro, reliquum injuriam passis. ad cujus rei certam in posterum noticiam hanc paginam exinde conscribi jussimus et nostro sigillo communitari. testes hujus rei sunt comes Georius de Widen, Fridericus marchio de Baden, comes Fridericus de Saraponte, comes Henricus de Zwirin, comes Hermanus de Hartispure, Rudolphus de Kisilovve, Henricus marscalcus de Kallindin et alii quam plures.

Datum in castris prope Barulum anno ab incarnatione domini 1211, 16 kalendas julii, indictione 14.

S aus Straßb. St. A. AA art. 1 nr. 4 or. mb. c. sig. pend. delapso.

Gedruckt nach Briefbuch A fol. 15^b ibid. bei Schöpflin Als. dipl. I, 321 nr. 384. — Böhmer nr. 149.

155. *Bischof Heinrich von Straßburg bestätigt den gerichtlichen Entscheid, daß die Hälfte der Zehnten des Dorfes Boofzheim nicht dem dortigen Pfarrer, sondern dem St. Stephanskloster in Straßburg anheimfallen solle. 1211.*

In nomine domini amen. Henricus divina favente clementia Argentinensium episcopus. veritatem negligere est fomenta falsitati prebere. notum sit igitur cunctis Christi fidelibus, quod lis et controversia vertebatur inter Hedewigin abbatisam sancti Stephani et Herbordum clericum plebanum de Boffisheim pro medietate decimarum ejusdem ville. nam abbatissa asserebat illas ad se et ad suum claustrum pertinere; clericus vero illas ad se et ad parrochiam ecclesiam pertinere dicebat. qua causa diu ventilata, tandem ex utraque parte testes omni exceptione majores fuerant introducti et juxta dicta testium juratorum ex utraque parte introductorum

¹ *Cfr. nr. 78.*

prediſte decime abbatisse et ſuo claustro fuerant adjudicatę. nos vero eandem
 ſententiam, quia canonicè juxta ſtatuta canonum et legum fuit prolata, in conſistorio
 noſtro confirmavimus et medietatem decimarum in Boffisheim eccleſie ſancti Stephani
 in perpetuum poſſidendas ſancivimus. ut autem hoc ratum et inconvulſum in
 5 ſempiternum permaneat, preſentem paginam noſtro ſigillo fecimus communiri. teſtes
 autem, qui interfuerant, hi ſunt: Reinhardus major prepoſitus, Fridericus cantor
 et cuſtos, Beringerus frater ejus archidiaconus, Wolfradus archidiaconus et celle-
 rarius, Jacobus canonicus majoris eccleſie, Albertus prepoſitus ſancti Petri, Dietherus,
 Fridericus, Hugo canonicus eccleſie ſancti Thome, Hermannus plebanus, Wernherus
 10 et Hugo et Wernherus canonicus eccleſie ſancti Stephani, Albertus plebanus ſancti
 Martini, Burchardus plebanus in Epiaca, Henricus plebanus in Zabernia; ex laicis:
 Henricus miles advocatus in Boffisheim, Sifridus villicus ibidem, Cunradus Vitulus
 et Reinboldus frater ſuus et alii quam plures. facta ſunt autem hec anno ab
 incarnatione domini 1211, indictione 14.

15 *B aus Straßb. Bez.-A. E fasc. 1077 or. mb. c. sig. pend. delapso.*

156. *Biſchof Heinrich von Straßburg beurkundet einen Tausch von Grund-
 ſtücken zwischen dem Kloſter St. Blasien und dem Burggrafen Burchard von
 Straßburg. 1211.*

Henricus dei gratia Argentinensium episcopus. notum ſit omnibus Chriſti
 20 fidelibus tam preſentibus quam in evum ſuccesſuris, quod, cum Burchardus bur-
 gravius a venerabili abbate Hermanno et fratribus cœnobii ſancti Blasii pro curte
 eorum prope monaſterium ſita, quam idem *Burchardus* diu juſte poſſederat, impe-
 teretur et in cauſam traheretur, tandem deliberato conſilio inter ſe pro bono pacis
 concambium fecerunt, videlicet quod fratres jam dicti cœnobii partem curie eorum
 25 *Burchardo* prefecto et ſuis heredibus perpetualiter habendam contulerunt. pro cujus
 doni recompensatione predictus *Burchardus* aream ſuam juxta portam boum¹
 liberam et ſine contradictione alicujus perſone de conſenſu et per manum filiorum
 ſuorum fratribus jam dicti cœnobii tradidit poſſidendam, ita tamen, quod in
 cameram eccleſie majoris annuatim 12 denarii pro redemptione curie eidem
 30 *Burchardo* perſolvantur. ut autem hec, que coram nobis juſte et rationabiliter
 ordinata ſunt, in poſterum firma et inconvulſa permaneant, preſens ſcriptum fieri
 et ſigillo noſtro ac noſtre civitatis fecimus communiri. acta ſunt hec anno
 dominice incarnationis 1211.

35 *Aus Würdtwein Nova subs. dipl. X, 263 nr. 97 ohne Quellenbezeichnung. — Zeitschr. f.
 Geſch. d. Oberrh. VI, 226.*

¹ *Ein von den Straßb. Localhistorikern bisher übersehener Thorname. Sollte dieses Ochsenthor sich
 nicht an der Illseite, etwa in der Nähe der heutigen Schindbrücke, in der Richtung nach der Viehgasse
 j. Metzgerstraße befunden haben?*